FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Alte Drucke

Dauidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Ivdicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Rückdeckel

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122

Visual Library

LIPSIÆ,

IMPRIMEBAT MICHAEL
LANTZENBERGER.

Impenſis Henningi Groſij Bibliopolæ.

VITA CAROLI IX GALLIÆ REGIS

QVI REGNAVIT AB ANNO 1560. VSQVE AD 1574.

Nobili ac magnifico Domino, Sapientia Virtute [et]cetera et dignitate praestanti
DN. IOACHIMO A BASSEWITZ Illustrissimi princi-
pis Vlrici Ducis Megapolitani Consiliario et Ca-
pitaneo Bobbertinensi Domino Haeredita-
rio in Levezow patrono ac amico
reverenter colendo: Vitam Caroli
recusam mittit David
Chytraeus

Ex eadem Capetia domo familiae clarae Valesiorum et Borboniorum. Sed illi Augustiores, quod Gallis imperant: horum tamen regia natura quidam etiam secus admissa in Rempublicam ... Avus Caroli Franciscus liberalium artium fautor. Pater Henricus, aetatis sua et Gallia bellorum clarus. Maternum genus ducit a Medicea familia vetere et honorata apud Hetruscos, ex qua orta est Catharina Medicea splendidissima foemina.

CAROLI ORTVS.

Carolus natus est in agro Parisiorum prope Sequanam fluvium, vico modico, cui nomen est Laiae, quinto Calendarum Julij Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo hora quinta et dimidia. Infanti cognomen Maximiliano inditum est, quod ita placuit Maximiliano postea Caesari et socero. Michael Solomensis Mathematicus inspecta eius genitura praedixit cruentum et infelicem principatum, nec eventus defuit.

CAROLI REGNVM

Annum agens undecimum Francisci fratris haereditatem adijt qui sine liberis decesserat. Eodem die in regem unctus est mandavit matri post se cum potestatem curam [illegible] quae nulla sunt [illegible]: Nec recusabat hunc laborem, quibus se regno offerret.

BELLA CIVILIA

Ex odijs Guisianorum et Momorantiorum nata sub Francisci principatu bella civilia, hoc rege Galliam vastarunt: direpta urbes: incensa oppida: vici desolati: ferro, fame incendio perierunt hominum circiter quadraginta millia.

VICTORIÆ CAROLI.

Pugnatum est quater: In Carnutibus ad Druidum amnem, caesis tredecim hominum millibus in conspectu Lutetiae, ubi Anna Momorantius Magister equitum unde Constabilis, occidit: In Santonibus ad Carantonum flumen, interfecto Ludovico Borbonio, partium duce: in Pictonibus ad Moncontur[ium] oppidum quo plus septem millia profligata sunt. Has victorias ... [illegible]. Ultimum vero praelia in singulis provincijs. Seditiones, Caedes, Rapinae in omnibus pene oppidis [illegible] Gallia locis propter religionis causam fuere, cum magna pars civium [illegible] haererent, alij et Calvini disciplina novos ritus introducere conarentur: Quae discordia omnium perniciosissima amicitiae et necessitudinis vinculum toto Regno sustulit.

Remedia adversus civiles discordias

Duobus remedijs ad sedandos animi motus usus est, Clementia et severitate. Pace enim cum rebellibus pactionem fecit, renovata lege Atheniensium τῆς ἀμνηστίας. Gestum fortunis, sedibus ac honoribus restituit, nihil inde tandem consecutus, nisi odium

suorum. Nam saepius ignoscendo servis, eorum insolentiam auxit, ut impune facere vellent, et leges darent Domino suo potius quam acciperent.

CLADES PARISIENSIS.

Cum vero desperatus morbus anxiam et periculosam curationem requirere videretur, nec aliter sanari posset, quam astu et saevitia: astum praemisit speciem nuptiarum Margarethae sororis et Henrici Borbonij principis Bearnensis. Convenere tum totius factionis duces, nobilissimus quisque [illegible] conventu generali principum rebus suis favente. Peractis nuptiis cum iam discessui viderentur, Rex die festo Bartholomaei prima luce dat signum caedis. Cives quod mandatum est faciunt, caedis omnibus Calvinianis qui reperiri in urbe potuerunt. Caspar Colinius fax et incendium patriae aliquot vulneribus confossus periit. Interfectorum numerus ad bis mille, cadavera in profluentem Sequanam omnia iacta sunt. Haec clades incidit in diem octavum Calend. Septemb. Anno millesimo quingentesimo septuagesimo secundo. Rex ipse tragoediam ex arce laetus spectabat. Aliquot diebus post ad furcam publicam ivit inspectum Colignij cadaver, quod pedibus pendebat. Servis foetorem non ferentibus, Hostis, inquit, Mortui odor bonus est.

LITERAE EIUS AD PRAEFECTOS PROVINCIARUM

Dedit continuo literas ad praefectos provinciarum, reliquias caedi [illegible] non secus ratione habita. Quibus una literarum significatione [illegible] hominum circiter decem millia. Plebs parata, nullum in his trucidandis sexus aetatis et [illegible] generis omisit. Quod si in Aquitania, ubi hoc genus hominum latius serpserat, Parisiensium medicorum remedia tum adhiberi potuisset, sine dubio finem bellorum civilium et initium [illegible] pacis habuisset. Sed aliter visum est caelitibus, seu ob quorundam piorum cum impiis fusum sanguinem seu aliam ob causam.

ALIQUOT EIUS EGREGIA DICTA

Cum in militari via, qua Meldas iter, a coniuratis rebellium circumveniretur, conversus ad legiones auxiliariorum Helvetiorum, inter castra vocem illam edidit: Malo mori Rex, quam vivere captivus. Magistri equitum est, ensem regi praeferre. Ergo mortuo Anna Momorantio ut ante demonstratum est, honorem illum petentibus respondit: Satis virium sibi esse ad gestandum ensem, nec alieno auxilio indigere. Regia familia a Magistro [illegible] sublata, cum id nunquam [illegible] filio dicerent, et puerum quidam esse [illegible], respondit, inquit: Dicebat Enim quisque semel regnum apprehendisset, in ea libidine moriturum. Continere [illegible] non poterat, aedificia vocans sepulcra viventium.

UXOR ET FILIA

Uxorem habuit Isabellam Maximiliani Caesaris genitam, ex qua suscepit cognomine matris filiam, cuius natali [illegible] eorum supplicia spectavit.

sub occasum solis faces accendi iubens circa furcam, ut morientium ora certius videret. Advertatum id fuit, quasi infaustum ac plane indecorum. Regis enim carnificum suppliciorum autorem esse oportet, quum eius flagitia sua [illegible] exposcunt: spectatorem vero minime ne atrocia [illegible] [illegible].

SANCTIONES EIVS.

Sanctionum eius edictorumque numerus iniri non potest. Necessaria illa sanctio visa est quam de anni ordinatione publicavit. Nam cum ceterae gentes anni principium definiant a natali Christi; Galli a Paschate sic ordiebantur, quae res turbabat mercatorum animos in solutionibus et eius generis negotiis. Alia sanctione senatusconsultum Tertullianum antiquavit; quia iniquum videbatur fundos maiorum ad extraneos transire. Improba quondam foemina causam sanctioni dedit, quae liberorum mortem captasse arguebatur. Itaque intestato decedentibus liberis, matres eorum non succedunt, ut bona sua faciant, quum tamen eius sanctio non admittit.

SYMBOLVM CAROLI.

Ministri Regis symbolum in veste praeferebant, columnas duas sic inscriptas: Pietate et Iusticia: quibus rebus, cum columnis magna [illegible] innitebantur. Porro utramque virtutem coluit, pietatem eam usque adeo, ut sacra maiorum sanctius nisi [illegible] multum fuerit. Nam cum clementia et humanitate subditos in officio non contineri animadvertisset, severitatem induit, utramque illa [illegible]. Cuius de eius [illegible]: [illegible] esse, crudelitas est: crudelem, pietas. Iusticia non aequi [illegible], coactis venalia omnia habere; vectigalia nova imponere; [illegible] solito graviora; unde exercitus aleret, et sumptus [illegible] quotidianos ferre posset.

FACTI SPECIES IN QVO IVS VIOLAVIT.

Cum a [illegible] discessum esset, post primum civile bellum, longo circuitu facto, omnes regni sui provincias [illegible] lustravit. Burdegalae, Burdegalensis vir potens, tyrannum dolo malo occiderat. Capitis [illegible] damnatus est. Amici, tentata aulicorum gratia, poenam remitti a Carolo petebant. Vidua tyranni rogata ab eo, ut vel ipsa damnato parceret [illegible] liberorum suorum, quantum libet [illegible]. Non faciam inquit, quod si bis, sed, quandoquidem gratia iure et legibus potentior est, da veniam huic infanti [illegible], ut paterni percussoris [illegible] non [illegible]. Captivus nihilominus dimissus est, violata iuris disciplina.

SERVVS AB EO PRAEDILECTVS

Servorum unum praecipue suspexit Albertum Gondium, Institoris Lugdunensis filium, a quo [illegible] nomen Dei [illegible]. Hunc nobilissimis viris [illegible], in immensum extulit opibus; favore; honoribus; [illegible] maiorem, si diutius vixisset. [illegible] Marschallum vulgo vocant, qui honos in Gallia maximus et illustrissimus habetur, esse hunc voluit: praefecturam Massiliensium provinciae et [illegible] [illegible]. Constat enim donatum a rege sexcentis aureorum millibus.

PÆDAGOGUS ET NUTRIX

Amiotum Pædagogum suum magni Princeps fecit, opulentis sacerdotiis primum, mox civitatis Altisiodorensis Episcopatu donavit. Lanii filius erat, Meloduno oppido natus, excellenti ingenio, latinarumque & Graecarum doctissimus. Carolus Magistrum eum appellabat, inter iocos avaritiam obijciens & sordes, quod tamen ineptis abutus nolent. Nutricem vero suam & amavit, etsi Calvinianam, neque aliud unquam ab ea petijt, nisi ut ad sanitatem rediret, et obtinuit, siquidem Parisiensi caede ferita, ad sacra maiorum nostrorum reversa est, Regis sane precibus non minis. Eius petenti pro se familiaque sua nihil unquam denegavit.

LIBERALITAS EIUS

Ergo omni rerum genere liberalissimus fuit saepe dicens Regem in dando facilem esse oportere. Populos quippe fluminibus similes pecunias ad fiscum, ceu ad Oceanum aquas transmittere.

EXERCITIA EIUS

Exercitia eius varia; saltare, pila ludere, equos incitare; eis se lras facere; aurigari et gradu eum optime noverat; insuper arma fabricare; fundere tormenta; piscari feras capere. Venationis studio ab ipsa pueritia flagravit usque ad insaniam; interdiu vagari silvis, noctuque solitus est, minimeque tibi potius ut hinc voluptati satisfaceret. De instrumentis venatorijs et latibulis ferarum, artique multiplici eas capiendi, extat liber ab eo conscriptus, quem in latinum sermonem convertendum perito homini aulico mandavit. Haec quotidiana ferarum insectatio sanguinarium eum reddebat in feras non in homines. Neminem enim sua manu occidit. Saepe abiectos asinos decollavit, soluto dominis precio. Spectantibus aulicis porcos mactavit, cruentis manibus et ultro etiam quasi laniaria taberna sonus. Fremuit in malum Lansaci, interim hos orthosi, quod sibi dissidium iniicit, cum nullo modo intercessit Christianissimum regem.

STUDIUM EIUS ET MUSICA.

Ex omnibus disciplinis eam in primis coluit, quam Henricus parens exacte didicerat. Musicam intelligo, ob eamque cantores in precio habuit, praecipue Emmichum quendam cognomento Perinum. Hunc non solum audiebat canentem, sed ipse permixtus choro vocem exercebat; nactus canoros huiusmodi viros artifices liberaliter tractans.

NOTARIUS CAROLI.

Literas puer didicit admodum parva a Petro Amon Blesensi. Notariorum totius Europae excellentissimo. Idemque signum, quod in subscribendis regiis sanctionibus utebatur, delineavit. Postea accusatus religionis nova Parisijs a servo publico strangulatus est. Cum Rex noluisset tibi

cedens tamen iniurijs temporum, cum bella civilia coeperunt, de amicis quod supplicium sumeret.

SPECTRUM IGNEUM AB EO VISUM

Non multo ante nuptias suas dum venaretur in sylva Lyonensi agri Rhotomagensis, obviam habuit igneum spectrum, altitudine hastae, territi venatores diffugere. Rex intrepidus stricto ense insequi, solus, donec ignis disparuit. Narrabat sibi ad fugam spectri inspectum tantum esse, petijsse ex sacro hymno, quod a praeceptore puer didicisset. Deus adjutor meus in adjutorium meum. In eadem adamata sylva iecit fundamenta superbae villae, qui locus a sibi Caroli vallis dicitur.

ORATIO EIUS IN SENATU

In Senatu Parisiensi orationem habuit ad Patres, cuius prima parte laudavit matrem, praedicans se debere ei et vitam et regnum; altera parte, Henrici fratris primum erga se animum commemoravit. Deinde quibus de consultum est, inquit, patrum sanctionibus meis, nec disputare qualis sint; Vi[illegible] enim melius scio, quid sit ex usu regni, quidve deceat, quam vos. Haec in verbis dicebat, in frequentia doctissimorum senum mirantibus cunctis a quo talia didicisset. Carolus Lotharingus Cardinalis orationem illam scripserat, insolentium verborum, et tyrannicae spei plenam.

AMASIA CAROLI

Adamavit Mariam Tochetiam, Aureliani unguentarij filiam, praestanti forma, ex qua naturales liberos suscepit duos. Haec inspecta Isabella Reginae, quae recens in Galliam venerat pictura, risisse dicitur addito, Nihil me Germania terret. Jam Rex ipse, inter mores [illegible] subinde ad eam divertit, suspicioque est, auctum morbum ex importuno coitu, et accelleratum vitae finem. Matri uxorem commendans et filiam, hanc non ausus est. Mandavit tamen Carolo Gondio cubiculario, ut verbis suis commendationem eam faceret, quod et ipse fecit, Mortuo Domino.

AFFLICTIO ECCLESIASTICI ORDINIS PER EUM

Incertum est uter magis vexarint Ecclesiasticum ordinem, Carolus an Calviniani. Nam hi paucis sacerdotibus occisis, templa preciosis ornamentis spoliarunt; ille ex conservatis vasis nummos conflavit, et praefecturas Ecclesiasticas et monasteria pueris, militibus et foeminis dono dedit. Decimas quaternas, quamdiu vixit, exegit; Latifundia divini iuris non pauca distraxit, coactis ex venditione illa vicies centenis aureorum millibus.

STUDIUM EIUS artium liberalium.

Grammaticam puer attigit, et libenter amplectabatur literas, sed ubi primum rex fuit, omisit haec studia, quasi imperatorio contraria ex opinione aulicorum, apud quos pulcrum est nescire literas. Amavit eas tamen, itaque ad poeticen pronus, carmina Gallico sermone composuit. Ex Latinis poetis Auratum dilexit: ex Francis Ronsardum, Iodellum et Baysium Lazari filium, quos poemata sua recitantes libenter, et attentissime audiebat, dabat et eis premia, caeterum non magna, ut brevi redirent, et novi aliquid deficiente pecunia meditari cogerentur. Poetas generosis equis similes esse dicens, quos nutrire non saginare, oportebat.

CIBUS : POTUS : SOMNUS EIUS.

Cibi modici appetens, quo vires reficerentur. Vinum puer bibebat, postea valetudinis ea potione illa sibi interdixit, frigida semper usus, aut Hyppocratico quod fit ex aqua, sacaro et Cinamomo. Somni brevissimi erat, nam plerumque ante mediam noctem in equo erat, canes [illegible]

PRODIGIUM PRAECEDENS MORTEM.

Praesagium eius mortis praecipuum fuit, Nova stella in linea Mercurii, quod numquam fere accidit. Luminosa quidem, caeterum incognita ad nunc [illegible] fulsit, etiam terrebat orbem, cum Rupella [illegible] obsideretur. Theodorus Beza minaces super eam Versus edidit, nomine Herodis Carolum perstringens:

Sola nova nullis stellis exorta Cometes,
Et radians puro quod nitet igne jubar:
Certe portendet terris, Deus ille Deorum
Novit, et ostendent tempore fata suo.
Quod si humana aliquid possunt praescire mentes
Fata secutari me mihi signa [illegible] fas.
Fallor ego, aut hic est partum Davidis in urbem
Duxit ab Eoo qui prius orbe Magos
Et qui nascenti fulxit, nunciat idem
Ecce redux, rursum adesse Deum.
Nunc [illegible] felix o turba applaude, tuo cum
Tu vero Herodes sanguinolente cave.

MORBUS CAROLI.

Incidit in morbum Mense Octobri, 1573 post profectionem Henrici fratris ad regnum Poloniae, ex dolore affecti pulmonis, incognito Medicis morbo. Accessit febris erratica, nunc quartana, nunc continua, quam recedentem putabat Myronius, princeps Medicorum, [illegible] bene habituram. Auctus morbus est [illegible]

bis parata sunt ægrotanti a Francisco fratre, et Henrico Sororio regnum appetentibus per eadem tempora: item ex suspicione lenti et tabifici veneni et devotionibus maleficarum. Eius ob causas Cosmus et Nopius ambo Italici generis in carcerem rapti sunt. Ministri fratris Josephus Bonifacius cognomento Mola, et Annibal Coconatius, et insuper consocii coniurationis capitis damnati sunt. Franciscus Mommorancius Annæ filius in vincula ductus, adiuncto sibi Arturo Cossa (ambo Franciæ Marescalli) seu quod fratrem amici essent, seu ne in posterum nocerent.

SERMONES EIUS ANTE MORTEM

Aliquot ante mortem diebus, Curtius pictor, imaginem fratris ad Carolum tulit scientissime depictam, quam contemplatus avertit faciem. O boni fratris inquit imaginem, quam utinam numquam a me dimisissem. Postea ingressus in sermonem de parentibus et liberis, felices vos prædicans qui adultos reliqueritis filios, se quidem malle sine hærede excedere e vita, quam relinquere regnum infanti, multis passimque: Galliam deformatam civilibus bellis viro opus habere. Triduo ante mortem, Catharina genitrix narrabat ei, Gabrielem Mongomerium captum. Hoc audito nuntio, nullum lætitiæ signum dabat. Cum illa: patris tui percussorem apprehensum non gaudes? respondit, nec hæc sibi curæ esse, nec ullum præterea humanarum rerum. Quam vocem, ut illi instantis obitus prænunciam mater accepit.

MORS EIUS AC TESTAMENTUM

Tertio Calendarum Junii 1574. die Pentecostes, vocatis Biraga Cancellario, et Fizza Notario, præsentibus Francisco fratre et Henrico sororio, Carolo Borbonio Cardinali, et cæteris Proceribus, commemorata Salicæ legis auctoritate et prærogativa, Henricum fratrem successorem pronunciavit: dum abesset, matrem præposuit Galliæ. Testamentum continuo Lutetiam ad Senatum perferri, recitarique more maiorum patres præcepit. Franciscum fratrem monuit, ne turbaret ordinem neve quid novi moliretur. Reginam autem victricem aut successorem parari: qui maioris actionis ad ea aspirent, male perire. audiens matri esse non difficilem obsequentem simul et vos et ministros omnes sacramento fidelitatem facere Henrico Regi voluit. Hora tertia pomeridiani, in arce Vicennarum ad Lutetiam Parisiensem Anno ætatis vicesimo quinto, mensibus diebus viginti decessit. Postea eius corpus inspectum est præsentibus Magistratibus. Livores nulli reperti intus, suspicionem tabifici veneni auxerunt. Regina toto Aprili et Maio filios veluti captivos habuit ne fugerent, neve turbas concitarent, missis ad Henricum nuntiis de fratris obitu, qui eum publico urbi; Cracovia undecim diebus pervenire.

STATURA MEMBRA ET Ingenium ipsius.

Statura fuit procera, sed incurva facie, perpallida: oculis feroci-
am spirantibus; naso aquilino: obliquo collo. Natura corporis fuit
impatiens morae: iracundiae ferox: minime credulus: amicitiae firme
tenaci, et cum vellet, egregius dissimulator, libidinis non atrox fuit:
facundia clarus et Iudicio acri. Periurium, sermonis genus
non criminis putans. Idcirco fidem violabat, quoties e re sua vi-
debatur: in colloquijs privatis passim deridens.

FINIS.

In lib. [illegible]
In lib. R[illegible]
In Michaeam
In Nahum.
In Habacuc.
In Zachariam.
In Malachiam.
Chronologia in historiam Maccabæorum.
In lib. Jesu Sirach.
In Psalmos. 103. 117. 118.
Onomasticon Theologicum.